

Ann. VIII.

ROMAE, Kal. Augustis MDCCCCV.

Num. VIII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italianam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA"

VARSIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.

28, Orchard Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

Ex Russia. De cultus libertate recens promulgata.

Agrarium gentium Sodalitum.

Quid Plinius iunior de graecis litteris senserit.

Artium recensiones antiquissimae.

Fabulae selectae Fontanii a Io. Bapt. Giraud latine redditae, passim retratatae a Fr. Xav. Reuss: CXXXVI. Homo et Coluber. - CXXXVII. Canis abscessis auriculis. - CXXXVIII. Mercator, Pastor, Vir nobilis et Regis filius. - CXXXIX. Lupus et Pastores.

Guercini tabula de S. Petronilla.

Iaponiensium historia.

Colloquia latina. - Chartae in membranam consultae.

Acta pontificia. - Litterae Apostolicae quibus SS. D. N. PIUS PP. X Collegium Urbis Pium Latinum Americanum Pontificei titulo auget, eiusque sancit leges.

Diarium Vaticanum: Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones. - Varia.

Annales: Russorum Iaponiorumque conventus de pace. - Civiles Russorum res. - Iaponici belli vices. - Cretenses motus. - Mauritanae minae. - Turcarum cunctationes. - Hora postrema.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Ioci. — Libri recens dono accepti.

In tertia operculi pagina:

Per Orbem. — Aenigmata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCV

Sociis et lectoribus

Commentarii nostri humanissimis.

Novo superveniente anno, quem VIII Vox Urbis inscribere gloriatur, non quidem, ut plerumque assolet, nova et magnifica promitteremus; non enim sociis et lectoribus, qui constanter in itinere, neque eodem brevi atque expedito, nos comitati sunt, magniloquis verbis temerariisque promissionibus illudere opus est nobis, sed tantum ea adnotare quae in eorum veram utilitatem adducere constituimus.

Vox Urbis itaque in annum M DCCCCV ea erit, quam socii voluerunt: commentarium menstruum, qui non unum Urbis augustae matris sermonem, sed omnem cultum et humanitatem referat, eaque omnia quae inde, veluti ex radiationis centro, animos usque a longissimis orbis partibus amice cum genitricis animo coniungere valeant. Disputationes igitur, quae plerosque populos aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones suum locum apud nos hoc etiam anno invenient, atque simul nuncii, significaciones, et documenta, quae tum circa catholicam rem, quam tueri gloriamur, tum circa eventus peculiari nota dignos, in varietate quamquam, *simplex dumtaxat et unum* opus reddant nostrum.

Sed aliud quoque expediemus, quod non paucorum sociorum desiderium explebit; articulos scilicet in quibus, quasi in parva tabula, simplici eoque facili stylo, descriptionibus, narratiunculis, dialogis, argumenta vitae maxime communia tractentur, unde liceat colloquia latine inire atque alere. Ita finem illum supremum, ut latinus sermo universalis, prouti dicunt, reducatur, non modo obliviscemur, imo etiam propius prospiciemus.

Maiora vero comparavit administrator; qui non modo immutatum reliquit pretium subnotationis, quod est in Italia lib. 4, 80; ubique extra Italiam lib. 6, 25 (doll. 1, 25; sch. 5; march. 5; rubl. 3; cor. 6, 25); sed ad magis magisque commentarium vulgandum curis creditum suis rationes vere favorabiles cavit, quae sequuntur:

Si quis socios novos duos comparaverit, pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotationem gratis omnino sibi habebit; eoque bono gauderi poterit ipse subnotator novus, qui, sua vice, eadem gesserit. Quum iste scilicet socios alias duos nobis acquisiverit, facultas ei erit non duorum pretium, sed unius tantum mittendi, atque alterum faciendi suum, ut pretio pro subnotatione iam ante misso sese resarciat. Neque eum pudor teneat novos

subnotatores de favore ipsi concesso aliquo modo certiores futuros: hi enim receptionis schedulam, veluti si pecuniam directe per se miserint, regulariter accipient. Haec una conditio, ut novi hi subnotatores intra menses duos, a propria cuiusque subnotatione recurrentes, requirantur, utque omnia ad Aristidem Leonori equitem (Romam in Italia, via Alessandrina, 87) recto tramite mittantur.

Quid plura?... Plura tamen administrator concedere sociis voluit, eaque paene incredibilia; id enim effecit, ut *VOX URBIS* socii e loco domicilii sui in Urbem, atque inde in domicilium suum reverti gratuito possent. Id iis paratum est — bibliopolis, uti patet, exceptis — qui ante Iulium mensem an. M DCCCCV sexaginta novas subnotations collegerint earumque pretium integrum ad administrationem miserint. Societati itinerum notissimae Cook et Son munus commissum; ea, ubi primum a nobis certior facta erit, epistolarum commercium cum socio inibit, omniaque disponet ut is nullo impendio ab *Europae* loco ubi vivit Romam usque, atque Roma in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus, iter aggrediatur. Estne difficile nimis sexaginta socios novos comparari? En rursus benigne succurrit administrator: qui triginta tantum collegerit, dimidiatum pretium itineris habebit.

Sunt tamen qui eiusmodi curas negligent: num his praemium nullum erit? Atqui erit sociis omnibus, qui ante expletum Februarium mensem an. M DCCCCV debitum solverint suum; idque, more nostro, pulcherrimum: *imago heliotypice expressa metr. 0,32 × 0,45 Pium X Pontificem referens sacris ad solemnia indumentis ornatum atque benedicentem.* — Quod si denique socius tabulam illam maluerit metr. 0,22 × 0,45 iam in nostrum commodum unice superiore anno desumptam, ac Pontificiam dominationis auspicationem referentem a Pio PP. IX an. M DCCC XLVI peractam, quum exemplaria nonnulla apud nos sint adhuc, eam requirat, nosque, donec possibile erit, ei morem geremus.

Restat nunc ut sollicitudini nostrae sociorum favor in dies crescens respondeat.

Vox Urbis.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra italiam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:

ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

EX RUSSIA

De cultus libertate recens promulgata.

NOVISSIMO Russici Caesaris decreto, de quo in *Voce Urbis* mentionem fecistis (1), parta tandem populis universis ei subiectis libertas inopinatas attulit spes de instaurandis tandem aliquando Ecclesiae catholicae finibus inter eos quoque, quos miserandus error tot abhinc saeculis eius a gremio divulxit.

Viatoribus qui nostris diebus peragrantur orbem, illud imprimis est admirabile, quod vident, humanitate diffusa ubique, miraculum patratum. Ubi enim quondam varia erat populorum facies, dissitaque omnino forma, ubi alii ab aliis vestibus, moribus, legibus toto caelo dissentiebant, unum paulatim vivendi genus, una civitatis forma efficitur. Modo domus, quae sub gelido aquilone apud Batavos et Danos et Scandinavos exstruuntur, neque stilo neque forma ab iis plurimum differunt, quae torrido sub Africæ aestu aedificantur: una pariter eademque vestium forma, uno eodemque colore vestiuntur Zelandenses et Indi, Iaponii atque Groenlandenses, iisdem legibus et modis negotia tractantur, philosophorum libros ab Anglis editos legunt Sinenses, atque Afri tormentis utuntur bellicis, quae Russica officina condidit. Verum tantae artium negotiorumque communitat magis magisque religionum varietas et discordia officit, quae summo animi dolore, omnes demiramus.

Christianarum gentium dissidia et errores si tantum conspicimus, ea iam ad contristandum animum sunt satis. Quorum quum Russicum sit maximum, eius magnitudinem præ ceteris querimur. At spes, quae tot post saecula tandem illucescit, fore ut fratres illi aberrantes ad Petri ovile aliquando reducantur, quibus innitatur fundamentis nemo dicat, qui Russorum religionem antea non penitus investigaverit.

Est enim Russica gens et populus Christianae religioni, quam profitentur, addictissimus, neque incredulitatem illam atque impietatem, quae alii populi servant, illi norunt. Honestiores quoque ordines pariterque optimates, qui saeculo XVIII labente passim ad atheismum diverterant, redierunt modo ad Christum. Praeterea Russorum Ecclesia vivax est atque sacris expeditionibus tum per orientem, tum per occidentem diffunditur.

Artium liberalium quoque opera Ecclesiae modo inserviunt, eorumque artifices christiana pietas docet et pertrahit. Id faciunt pictores atque architecti, ipsique musices magistri novis modis sacris ritibus inserviunt.

(1) Cfr. num. VI, pag. 48 bis.

Sunt enim Russi Christi legibus obsequentes, quamquam haud profecto integrum eius fidem profitentur; quumque vis innovandi animos et mores in Christi doctrina sit maxima, idcirco eorum quoque populus a christiana religione praeclera omnia beneficia repetit quae possidet. Eam ob rem falsum asserunt Russi qui orthodoxi vocantur, quum sese solitos ab omni vinculo cum Petri sede proclamat, nullumque sibi erga Romanam cathedralm esse debitum arguant. Quid? Religio et fides Christianorum Graeca ab Ecclesia ad eos est diffusa, qui eapropter una cum doctrina, Graecorum quoque errores accepere.

Byzantinos igitur iuxta mores Russorum quoque ecclesia conflata et ordinata est. Byzantii enim Caesar imperitabat Ecclesiae atque disciplina et dogmatibus edebat leges. Pontificalem potestatem hoc animo Caesares exercuerunt, ut subditorum mentes et voluntates passim et omnino sibi subiectas retinerent. Ecclesia hac arte reipublicae addicta est, atque nomen accepit « Ecclesiam graecam ».

Similes leges et ordines Russica Ecclesia assumpsit, et Cæsari suo dedit vinetas manus, nec eius ab imperio unquam Episcopus vindicare sese conatus est. Quorum unus Nico patriarcha qnum saeculo XVII tentasset libertatem Ecclesiae asserere, captus atque in exsilium pulsus causam perdidit. Paulo post Petrus ille magnus novo decreto Moseovitarum patriarcham a supremo gradu removit, eiusque in locum Synodus suffecit, ad quem ipse, quasi praefectus militum alter, episcopos legit.

Verum non modo Caesarea Ecclesia est, sed etiam gentilicia. Nam patriae fideique amor et studium unum sunt, pleraque monasteria in oppida et castra convertuntur, unde haud raro hostes patriae repulsi sunt. Annua festa dies est qua baptismus recolitur universae gentis, cuius in feriis milites atque sacerdotes, iunctis manibus, Russicum veluti Deum glorificantes, exsiliunt.

Ne autem Russorum fides ad catholicae confessionis rediret ambitum, maxime contulit Polonorum metus. Apud Russos enim, quum de catholice sermo est, Polonorum memoria statim revocatur, quorum vindicationes superiori aetate Russorum gentes oppresserunt. Neque tam Polonus Russi timent quam oderunt, quorum excellentiam experiuntur. Poloni autem catholicam fidem diligunt tum caritate religiosa, tum etiam patriae studio, eius veluti palladio atque propugnaculo.

Ceterum non tantum reipublicae formam ex Byzantino imperio Russi acceperunt, sed etiam theologicae disciplinae certam rationem

et formam. Nec alias igitur, quam Byzantini, suam fidem Russi custodierunt immotam. Immaculatae itaque Conceptionis atque Pontificiae « Infallibilitatis » doctrinam nullummodo acceptarunt; sed sua contumacia ipsam ecclesiam suam sterilem effecere; dumque Romana Ecclesia nova semper ubertate novisque ramis efflorescit, Russica contra impos facta arescit.

At novo hoc afflatu, qui Russicum imperium late percudit, gentilicium ecclesiam tunc se condidisse videbunt Russi, eamque inopem et vanam. Nam, ut Gregorius VII in Occidente voluit, libera Ecclesia sit oportet ut casta et veneranda habeatur: atqui catenis animarum ipso Caesaris decreto conftractis, quo datum est civibus arbitrium ab una ad aliam confessionem transeundi, Romanae Ecclesiae fata splendida arrident.

Hoc modo novissima humanitatis gesta atque historiae eventus novos eosque maximos triumphos Christo parare videntur; consueta enim lex est Dei Providentiam humanis viribus veritati sternere viam. Nostra vero interest purificare fidem, opera mundare; nec enim alias allicere ad Romanam fidem Russos melius possumus, quam exemplo vitae et fidei. Huic operi admovebimus manus, ut quies etiam et civilis progressus patriae nostrae tot malis pessumdatae reapse procuremus.

N. Z.

AGRARIUM GENTIUM SODALITIUM.

POPULORUM perturbationes, quas agricolae maxime movent, sustollere novo consilio viri quidam agrorum cultus perquam studiosi iam tentant, qui inter gentes novum quadam foedus ferire aggrediuntur et sodalitium componere, quod a viridibus agris « Viride » nuncuparunt.

Seditiones enim omnes, quamvis urbanae sint et opifices spectare maxime videantur, ab agricolarum tamen inopia parantur; qui quum novos mores novaque commercia prorsus ignorant, ab avidis callidisque argentariis sua omni utilitate privantur. Pretium enim frugum quanti faciendum sit illos fugit, neque tempus emendi aut venumdandi propitium cognoscunt, annonarias leges non legunt, atque ita vili pecunia cedunt ea quae cives tandem summo pretio emunt.

Sed utilitas haec certis parta hominibus parum quidem honesta appetit, neque dignam opera remunerationem constituit: maleque comparata pecunia omnem fraudem gignit. Nos autem, si agricolarum bonum protuemur, et con-

siliis et re eos adinvamus ut fruges augeant et melius venundent, non eorum tantum utilitati, sed nostrae quoque prospicimus, qui aequo pretio terrae fructus comparare possimus agricultoribus satis amplio foenore rependere. Quibus melius enutritis, socialistarum seditiones quoque facile auferentur.

Haec ad consilia tendit « Viride » hoc sodalitium de agrorum cultu apud omnes gentes fovendo constitutum. Eius ad coetus agricultoribus omnes suos legatos mittent, neque reipublicae tutoria auctoritas a sessionibus aberit. Suffragia eius non tantum consultiva, sed etiam decretria erunt. Cuius leges etsi nulla vis reipublicae exequutioni mandare queat, eae tamen erunt, quae regere omnium gentium agricultoribus suo in commercio exercendo suisque in laboribus sustinendis valeant. Neque raro fiet, quod speramus, ut huiusmodi rogationes civitatis quoque senatores populi legati suas faciant et legum auctoritate communiant.

Quoniam vero ad huinsmodi coetus constitutendos viri adyocabuntur agricultoribus cultus maxime periti, eorum consilia nemo spernet, qui suae utilitati prospicere velit: quumque eorum deliberationibus rerum publicarum auctoritas accesserit, maximi ponderis pro populo fient.

Est autem adhuc dubium quot et quae gentes hoc in foedus conventurae sint. Plures certe erunt, eaeque potissimae, quamvis non omnes. At si quis, parum rei credens, extra foedus maneat, parum interest; nam quum paulatim rei utilitas manifesta magis in dies erit, numerus sodalium gentium quotidie crescat.

Si quis autem quaerat quanta rei necessitas in praesens appareat, reputet ille secum, haud esse satis quemque populum sibi consulere. Nam neque gentium agricultoribus sicut sunt, qui sibi providere satis sciant, neque publici gestores agricultoribus curantes ita rem gerunt, ut singulorum utilitatibus satis prospiciant. Ceterum agricultoribus fructus per varias gentes ita plerumque parintur, ut, nisi agricultoribus singulis prudenti consilio inventur, et male eos vendant et male adhibeant, et neminem invent.

Atque ut exemplo rem explicemus, novissimo tempore eaepae quae Londini venales erant tam caro pretio venundabantur, ut nemo iam nisi ditissimus eas emere posset. Batavi enim qui plerumque eas ad Anglos mittebant, Germanis potius eas venundedere, qui eaepas aeris temperie amiserant. At hanc dum Londini fiunt, Iberi tantam eaeparum multitudinem colligerant, ut quomodo uterentur nescirent. Sed Iberi nihil de Anglorum caritate sciebant, neque Angli de Iberica abundantia.

Hisee atque similibus mederi novum sodalitium conatur: nam certis scholis positis, tabulas ibi conscribet, quae varias frugum species et feracitatem locorum variam iuxta tempora et gentes exhibebunt.

Mox per certos aeris adspectus vaticinari singulis gentibus sodalicium curabit quae per varias terras tempestates futurae erunt, ut suis cavarere detrimentis agricultoribus valeant. Postremo pro variis pecudum morbis variisque libibus remedias indigitabit optima; vegetalia gentium minuet; corrupti fruges et cibi, quomodo venales fiant, impediet, silvarum caesiones

iuxta loca et tempora per vicem patrandas edieet, ne montes omnino arboribus nudati ingruentes aquas dilabi ad imum videant et sata vastare; ipsam denique venationem meliori lege coerebit, ne avium omnium exitium comparetur; omnibus denique modis iuvantes agricultorum cultum leges non solum, sed mensas quoque argentarias, quae agricultoris prospiciant, firmabit, easque sinet peccniam mutuare exiguo foenore, ita ut passim agricultoribus iuvent.

Hoc sodalitium est quod plerique iam orbis terrarum populi per suos legatos Romae congregatos, Italorum rege auctore et praeside, constituerunt tertio Idus Iun. an. M D C C C C V.

QUID PLINIUS IUNIOR

DE GRAECIS LITTERIS SENSERIT (1).

QUOD si quis animo volvat quantum eleganciae, suavitatis insit in graeco sermone, ut bene comparari possit cum fonte qui *lymphis obstrepit manantibus* inter herbas muscosas et flores, uteumque alii sentiunt, ac simul illud Iuvenalis recordetur: *omnia graece* (2), intellegit sane eur Arrius Antoninus tam eo valuerit ut Plinius ad amicum suum scribens exelamarit: « In video Graecis, quod illorum lingua scribere maluisti » (3).

Nil mirum igitur, si panegyrici ad Traianum auctor illius aetatis ingenio, quantum in ipso erat, inservierit.

Huic enim si danda est fides, mature « insitius et inducitus sermo » probari coepit, adeo ut quatuordecim vix annos natus Graecam tragoediam scripserit!

Quum Plinii epistolas in horis subsecivis libenter lego, videor quasi ad intimos plinianae oblectationis sensus pervenire, auctorisque animi habitum ob oculos effingere. Ita, quum suavem Laurentini vel Tusculanorum praediorum descriptionem admirer, et xystum « violis odoratum », hortum ac gestationem « qua hortus includitur », vineam teneram et umbrosam, litus « quod ornant varietate gratissima nunc continua, nunc intermissa tecta villarum », myrtos, oleas, laurum, ambulationem pressis varieque tonsis viridibus inclusam, prata et arbusta et aquam « marmoreo labro exundantem circumiectasque platanos leni aspergine foven-tem » recognoscem..., hanc imaginem a litterarum graecarum studio seiungere non possum!

Et vere, minime dubitari potest quin Plinius, in litteris versatus, sub grata arborum umbra, in mediis villarum deliciis, invidendam arripuerit occasionem graecos auctores tranquille legendi, in graeci sermonis cognitionem animum suum magis magisque intendendi!

Rem sic se habere, luculentiter demonstrant sententiae, quas ille continuo ac sedulo de graecis litteris exprimit, vel quum de praclaris scriptoribus, poetis loquatur, vel quum de artibus gravioribus eloquentiaque disserat, et insuper locutiones, proverbia, versus, quos in suas epistolas dedita opera inducit.

Confirmemus haec nonnullis exemplis: iuvat tamen praemonere ad rem me potius attingere

(1) Cfr. num. sup.

(2) Sat. VI, lib. I.

(3) Cfr. lib. IV, Ep. 3.

quae eloquentiae intersint, quippe quum de oratoribus graecis iudicia et mutationes praesertim in libris plinianis abundant.

Primum videamus quid is de Demosthene eenseat.

Demosthenes « tantus vir », cuius vim prouul dubio panei tantum adsequi possunt, est orator Plinio carissimus. Hunc enim « imitari temptat » (1), orationes huius semper « in manibus habet » (2), quin immo « oratoris normam et regulam » appellare non dubitat (3).

Absolutum autem et intelligens iudicium existimo, quod de *Isaeo* profert: « Magna Isaeum fama praecesserat, maior inventus est. Summa est facultas, copia, libertas; dicit semper ex tempore, sed tamquam diu scripserit. Sermo Graecus, immo Atticus, praefationes tersae, gracieles, dulces, graves interdum et erectae. Poscit controversias plures, electionem auditoribus permittit, saepe etiam partes, surgit, amicitur incepit; statim omnia ac paene pariter ad manus, sensus reconditi ocurrant, verba, sed qualia! quae sita et exulta... » (4).

Lysiana postremum orationis genus parum ipsi probatur, si ex illis inferendum est, quae ad Cornelium Tacitum scribit.

Nam, quum quidam doctus homo et peritus, cui nihil aequum in causis agendis ut brevitas placebat, ex Graecis orationes Lysiae ostentaret, noster contra auctor Lysiae Demosthenen, Aeschinis, Hyperiden multosque praeterea frequenti disputatione opponebat, quum persuasum haberet in eisdem nihil magis orationem commendare quam amplitudinem... (5).

Hie locus magni est quoque momenti ad asserendum quem landis in ordinem graecos oratores Plinius redegerit, quamvis de hac re sententiam eius omnino sequi nequeamus.

Memoravi supra mutationes nonnullas, quae in plinianas epistolas inducuntur. Et iure: frequentes enim ocurrunt loci Demosthenis, Lysiae, Aeschinis, quibus licet addere poetarum vel veterum scriptorum fragmenta et mentionem, ut Homeri, Aristophanis, Callimachi, Euripidis, Herodis, Menandri, Thucydidis, Xenophonis; quae omnia aut pertinent ad veritatem quamdam illustrandam, aut ad comparisonem constituendam, aut ad eloquentiae normas decernendas, aut, quod saepius fit, ad eruditiois factationem.

Vide, sis, exempli gratia, epistolam vigesimam libri I, graecis verbis et versibus refertam, in qua de orationis brevitate vel amplitudine diuidicatur; epistolam vigesimam sextam libri IX, totidem, immo magis, oppletam, in qua de oratoris virtutibus disputatio est.

Callimachi et Herodis epigrammata vel maxime Plinium delectabant: id procul dubio ex iis colligo, quae ad Antoninum scribit (6).

(1) Cfr. lib. I, Ep. 2.

(2) « ... sed, cum lego, ex comparatione sentio, quam male scribam, licet tu mihi bonum animum facias, qui libellos meos de ultione Helvidi orationi Demosthenis Κατά Μεδίον confers, quam sane, quum componerem illos, habui in manibus, non ut aemularer (improbum enim ac paene furiosum) sed tamen imitarer et sequerer, quantum aut diversitas ingeniorum, maximi et minimi, aut cause dissimilitudo patretur... (Lib. VII, Ep. 30).

(3) Cfr. lib. IX, Ep. 26.

(4) Cfr. lib. II, Ep. 3.

(5) Cfr. lib. I, Ep. 20.

(6) Vide epist. quam supra memoravi.

Nam, quum bosque amici exclamaret: « nustatis, quam arguta, quam Heroden, vel debam... ».

Scilicet Plinius iueunde ambula solutae flosculos eodem tempore

Ita Homeri sumum attingit qui in omni poes presserunt.

Praetermitto quas ille libertate se commode posstolam vigesimam quam iure unius misque veteris C.

Iuvat excepere ponenda:

C. Plinius ad vinciam Achiam ram Graeciam interae, etiam frumentum et occasionem a quomodo se ger statum liberarum maxime homines,

« Sit apud te » antiquitati, sit in quoque ».

« Habe ante o nobis miserit iuris petentibus dederit Lacedaemonem es

Quaero numquid rectius hoc dici per dentiaeque in istis et verecunde antiquo quoque memorant et numina deorum, hanc ipsam senecte rabilis, in urbibus

Dum haec loquuntur rebus gestis, omnes artes litterarum principia

Tali modo, ut filii obsequii tributum matri munifice, Prominit sese doctrinam inexhausto fonte de

Istiusmodi verba in aures susurrare vestigiis neglectis, meliore audent ob peritiorumque homi

Et iam laetor haec alaci semper et primum defensionem opportune et eruditam choro praed litteraria respublica

Sed, ut ad propos quantum digressus tatiueulae finem in

(1) Cfr. num. III-VI, an-

t, quippe quum de
et mutationes pree-
abundent.

is de Demosthene

r», cuius vim pro-
dsequi possunt, est
Hunc enim « imi-
nes huius semper
quin immo « ora-
appellare non du-

gens iudicium ex-
it: « Magna Isaeum
uentus est. Summa-
; dicit semper ex
scripsit. Sermo
fationes tersae, gra-
m et erectae. Poseit
ionem auditoribus
es, surgit, amicitur
ene pariter ad ma-
ursant, verba, sed
... » (4).

ionis genus parum
ferendum est, quae
bit.

us homo et peritus,
gendas ut brevitas
nes Lysiae ostendit
siae Demosthenen,
que praeterea fre-
at, quum persua-
magis orationem
inem... » (5).

ne momenti ad as-
linem graecos ora-
vis de hac re sen-
equeamus.

es nonnullas, quae
ntur. Et iure: fre-
Demosthenis, Ly-
addere poetarum
menta et mentio-
s, Callimachi, Eu-
Thueydidis, Xeno-
nen ad veritatem
d comparationem
entiae normas de-
fit, ad eruditio-

epistolam vige-
versibus refertam,
vel amplitudine
nam sextam libri
pletam, in qua de-
est.
ammata vel ma-
l procul dubio ex
m seribit (6).

ne sentio, quam male
n facias, qui libellos
sthemis Kz̄z̄ M̄z̄z̄
los, habui manibus,
paene furiosum) sed
ut diversitas ingenio-
militudo pateretur ..

Nam, quum graeca epigrammata mimiam-
bosque amici legisset, ita certe affectus est, ut
exclamaret: « Quantum ibi humanitatis, ve-
nustatis, quam dulcia illa, quam antiqua, quam
arguta, quam recta! Callimachum me, vel
Heroden, vel si quid his melius, tenere cre-
debam... ».

Scilicet Plinius, suarum villarum in xystis
iueunde ambulans, graecae poesis orationisque
solutae flosculos delibat.... Quid hoc duleius,
eodem tempore utilius?

Ita Homeri in studio evigilat, quem « potis-
sum attingit », simulque illorum poetarum
qui in omni poesis genere aeterna vestigia im-
presserunt.

Praetermitto hic graecas locutiones afferre,
quas ille libenter mutuatur, quum quisque per
se commode possit observare, et potius ad epi-
stolam vigesimam quartam libri VIII pergo,
quam iure unum e pulcherrimis absolutissi-
misque veteris Graeciae panegyricis existimo.

Iuvat excerpere nonnulla, lectorum in oculis
ponenda:

C. Plinius ad Maximum suum s. d. in pro-
vinciam Achaiam missum « illam veram et me-
ram Graeciam in qua primum humanitas, lit-
terae, etiam fruges inventae esse creduntur »,
et occasionem arripit eum suaviter admonendi
quomodo se gerere debeat « ad ordinandum
statum liberarum civitatum, id est ad homines
maxime homines, ad liberos maxime liberos ».

« Sit apud te » – prosequitur enim – « honor
antiquitati, sit ingentibus factis, sit fabulis
quoque ».

« Habe ante oculos hanc esse terram, quae
nobis miserit iura, quae leges non victis, sed
petentibus dederit, Athenas esse, quas adeas,
Lacedaemonem esse, quam regas... ».

Quaero numquid paucis verbis pulchrius et
rectius hoc dici possit! Quid dulcedinis pru-
dentiaeque in istis praecceptis! Quam sollicite
et verecunde antiquitas, ingentia facta, fabulae
quoque memorantur! « Reverere conditores deos
et numina deorum, reverere gloriam veterem et
hanc ipsam senectutem, quae in homine vene-
rabilis, in urbibus sacra ».

Dum haec loquitur, historia occurrit menti,
priscis rebus gestis movet ille, refulgent he-
roes, omnes artes sese ostendunt, religio urbis,
litterarum principatus....

Tali modo, ut filius matri sua, gratiae et
obsequii tributum Graeciae, omnium artium
matri munificae, Plinius confert. Is enim me-
minit sese doctrinae suae magnam partem huic
inexhausto fonti debere!

Istiusmodi verba nunc velim nonnullorum
in aures susurrare qui, nostra aetate, maiorum
vestigiis neglectis, hellenicae dignitati contu-
meliouse audent obtrectare. At id doctiorum
peritorumque hominum est.

Et iam laetor his diebus in *Voce Urbis*,
alaci semper et prompta ad egregiarum for-
marum defensionem suscipiendam, A. ANGELINI
opportune et erudite vocem revocatam esse,
additam choro praedicantium quantum Graecis
litteraria resbeat (1).

Sed, ut ad propositum redeam, a quo ali-
quantum digressus sum, sic liceat huic dispu-
tationulcae finem imponere:

(1) Cfr. num. III-VI, an. VIII.

Plinius optime sensit de litteris graecis. Quod
si eidam amico quaerenti quemadmodum in
secessu, quo iam diu fruebatur, e studiis uti-
litatem possit capere, magnopere suadet ut in
primis vel ex Graeco in Latinum vel e Latino
vertat in Graecum, aperteque verbis confitetur
in Tuscis se orationem Graecam Latinamve
clare et intente non tam vocis causa quam sto-
machi legere, haec duo tantum testimonia cer-
tissima, praeter ea quae supra produxi, satis
mihi opportuna videntur ad confirmandum quo
amore imbutus « sui Larii Iacus laudator »
graecas litteras coluerit, quamque ei persuas-
um fuerit de illarum pondere et dignitate.

Haec habui quae de hoc arguento dicerem,
alia data occasione in eudem auctorem accu-
ratus inquisitur, praesertim si mihi doctis-
simus *Vocis Urbis* moderator sui Commentarii
fores aperire dignatus fuerit.

Scrib. Rossani Calabri, mense Aprili, an. MDCCCV.

M. GALDI.

quantas opes subiectae sibi gentes possiderent,
atque eorum commercia melius promoveret.



Sed et Russorum in urbe Samarkanda, quam
tunc Tartari possidebant, multum licet post
tempus, artium liberalium exhibitio habita est
anno MCCCCIV, magni quidem momenti incepitus,
si praesertim cum rudi gentium et inculta
indole comparetur. Tamerlanus ille, Tartarorum
rex, Indis potitus Europaeorumque vitor, eam
in urbem omnium populorum sibi subiectorum
opera et segetes committi iussit, quem ut magis
augeret ausum, aemyros suos omnes et doctis-
simos viros congregavit, et ferias magnificen-
tissimas indixit. Recensio fuit omnium operum,
artium, industriumque rerum, quae in regionib-
us regi subditis exercerentur. Peritissimi arti-
fices opera sua optima exhibuere. Cauponae
omnes floribus erant decorae ut que contin-
bant suppelletilia exornarent; coronis et seritis
domus erant insignes, visu splendidissimo.

Amphitheatra lignea exstructa fuere usque
ad quingenta, unumquodque certa artis opera
exhibens: artifices in variis locis varii, opifices
multi. Aurifices heic etiam plurimi fuerunt,
qui tantos thesauros ad urbem contulerent, ut
quasi agrum gemmarum urbem reddiderint,
eius nomen « flororum urbs » sonat.

Pellum quoque textores laurea multa col-
legere; qui vero non vestes pellieas exhibue-
rent, sed ipsi eas induentes videbantur belluas
villoosas quisque imitari. Mactatores autem pom-
pam instruxerunt, ubi et angelos et genios et
simul oves, capellas, et elephantes usque mi-
seuerunt. Pulcherrima quoque tapetum exhibi-
tio, ubi et officinae ad textiles picturas acu-
texendas aderant et specimina harum pictu-
rarum multa una cum tapetibus.

Rex autem tantae pompea ita contentus ap-
paruit, ut hospitium atque victimum omnibus qui
eo advenerant praestiterit; qui ingens populus
erant, nam ut coquiae tot esurientibus para-
rentur multas silvas rescindi et comburi ne-
cessa fuit. Deerevit insuper rex ut per omne
exhibitionis tempus nullum unquam servorum
aut liberorum esset discrimin, nullum reorum
crimen haberetur.

Multas per hebdomadas exhibitio populo pa-
tuit, quae regis celeberrimi postremum vitae
facinus fuit. Paulo enim post, quum contra
Sinarum fines iter iniisset, morbo correptus,
antequam eos attingeret vitae cursum absolvit.

*Malo indiscretam prudentiam, quam stultam lo-
quacitatem.*

GELLIUS.

*Hoc plerumque facimus, ut consilia eventibus pon-
deremus, et cui bene quid processerit, multum illum
praevidisse; cui secus, nihil sensisse dicamus.*

CICERO.

Nihil opinionis caussa, omnia conscientiae facito.

SENECA.

Sint multi necessarii, unus tamen consiliarius.

S. BERNARDUS.

*Non satis est reprehendisse peccantem, si non do-
reas recti viam.*

COLUMELLA.

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE

PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS (1)

CXXXVI. — HOMO ET COLUBER.

Cepit homo colubrum; mox: - « Herculis - inquit - in hy-
Lernaeam facinus moliar ipse norum. » [dram] Hæc in verba, fero animal (quo nomine lector
Anguem, non hominem, cogitet ambiguus);
Hæc in verba, inquam, coluber depresso in imum
Conicetur saccum, nox ubi densa nigrat.
Immo (quod peius) morti serratur acerbae,
Seu quid peccarit reptile, sive nihil.
Quamquam iudicio color ut quaeratur iniquo,
Has index voces adiicit altisonas:
- « Effigies, serpens, ingrati pectoris! ab sit,
Ut te perversum praetor abire sinam.
Namque meā moriere manu, ne postea cuiviam
Instillare nigro dente renena queas. »
Sibila mittit ad haec coluber, linguae trisulca
Defendit causam, qua valet arte, suam.
- « Si cunctos - inquit - damnare relis male gratos,
Nusquam, qui veniam promereatur, erit;
Ac rigidus censor, proprio te confodis ense,
Tantum quod ritam respicias ipse tuam.
Quid tibi ius? Quidquid tibi duixeris utile. Quid fas?
Quod te cumque iurat, quod tibi cumque libet.
Immeritas me trade neci; moriturus at usque
Vera loquar, quamquam non placitura tibi.
Effigies igitur male grati pectoris audiri
(Pace tua dicam) non coluber, sed homo. »
Haec ad probra, stupens homo primum saxeus adstat;
Nox horrore citus, subsilit itque retro.
Iratu tandem: - « Sunt haec - fremit - irrita verba;
Ius dixi, neque tu plecteris innocuus.
Sed veniat (bonus hoc tibi do) novus arbitrus aequus. »
Arbitrus aequus item convenit anguiculio.
Vacca vocatur; adest, binos interrogat, et cui
Ius fareat, cui non, cernit et eloquitur.
- « Cur - ait - huc accita fui? res est in aperto:
Nascitur inclemens et male gratus homo.
Junior, huic ritulum pariebam quolibet anno;
Laetia quotidie munera larga dabam.
Quumque viro vires morbus fregisset et aetas,
Amissus rediit per mea mulctra vigor.
Nunc homo me retulam viridianibus arect ab arvis;
Vinctam me foeno vix alt illi putri.
Non ita me serpens, huic si famulata fuisset,
Tractasset. Dixi; dicta quis ista neget? »
Vaceam ridet homo. - « Fabellas - inquit - aniles
Garrula nostra canit mentis inopsque pecus.
Verbosam mittamus anum cerebroque carentem.
Iudicium potius bos ferat ille gravis. »
- « Bos ferat! » - anguis ait. Bos ergo, iussus adesse,
Accedit lento, quo solet ire, gradu.
Digerit ille rei summam; qua rite recocita,
Mugit, et ista fere dicta boantur erant:
- « Quo ditescat homo, series mihi longa laborum
Texitur assidue, nec datur ulla quies.
Ver, aestas, autumnus, hiems variata vicissim
Pensa mihi referunt, omnia dura tamen.
Annua sic homini, nostris sudoribus empta.
Crescit gratuito messis opesque parit.
Quae tamen heu! lassis redduntur praemia bobus?
Pabula tarda, citis saucia terga flagris.
Quae sors emeritis tandem senibusque paratur?
Pellis adempta, truci tradita membra coquo. »
Sic bos; cuius homo tumidam notat atque procacem
Linguam, quae nequeat iudicis esse probi.

(1) Cfr. an. VIII, num. VI.

Excluso bore, ceu iudeo proponitur arbor.
Arbor at hoc querulo murmure carpit herum:
- « Expando ramos, ne sol hunc ferridus urat,
Neu laeat grando, deiiciat Nodus.
Gratas huic umbras et dulcia poma ministro,
Quorum pressa pio pondere, flector humi.
Nec satis: hibernum per frigus, sponte remitto
Arida ligna, nigris iniicienda foci.
Nil tamen his motus benefactis, ille bipenni
Omne genus vastat stirpitus arboreum.
Mortua tollantur mihi, sospite corpore, membra;
Non renuo: tantum vivere, planta, sinar. »
Hæc oppressus homo rationum mole, diremptum
Vi voluit, semet iudice, litigium.
Protinus arrepto, colubrino carcere, saceo,
Incutit hunc duræ, dum perit anguis, humo.
Non alio quidam ius dicunt more potentes,
Queis, pro iustitia, praesidet arbitrium.
Hi sibi nata putant quae repunt cumque, volantque
Et gradiuuntur: homo liber, inersque pecus.
Si quis mussarit, male plectitur. Huic qui agendum?
Musset in absentem; cominus, ora premat.

CXXXVII. — CANIS, ABSCESSIS AURICULIS.

- « Infelix ego, quid potui committere tantum,
Me meus ut foede sic mutilaret herus?
Nae, mihi nunc lepidum caput est! qua fronte caninos
Invisam fratres, talia passus ego?
Quid? si te dominum, lanium quem iure vocarem,
Vis inimica parem cogere esse mihi? »
Sic teres Ichnobates (1), quadrimestris nempe molossus,
Forfic sub dura flebilis exulatulat,
Dum nil motus herus catuli clamoribus, ambas
Abscindit misero stirpitus auriculas.
Damnum grande canis subiisse putaverat; at mox
In sua converti commoda damna videt.
Ortus namque truci de gente, quot ille referret,
Auritus, plegas, dum fera bella gerit!
Quippe canis pugnax (ita fert sententia trita)
Admorsa, lacerat semper ab aure dolet.
Hosti quam minimam, dum certas, obiice partem;
Obiectamque chalybs Martius usque tegat.
Ichnobates collum præcinctus ferrea torques,
Torques rulnicis horrida acuminibus.
Frons, ut nuda manus, nihil exserit auris; ibique
Nil est, quod mordax appetat ore canis.

CXXXVIII. — MERCATOR, PASTOR, VIR NOBILIS
ET REGIS FILIUS.

Mercator, pastor, vir nobilis et patre rege
Exortus princeps, quatuor ergo viri,
Dum mare pertentant, cupidi nova risere regna,
Heu! subiere tuas, dux Belisare, vices.
Fluctibus emersos tumidis extrema coigit
Pauperies humili voce rogare stipem.
Quaenam sors homines, rario sub sidere natos,
Huc pulerit, dictu res ea longa foret.
Consedere viri prope fontem, iamque requirunt
Qua ratione sibz pabula certa parent.
Infit tum princeps casus narrare potentum;
Cui pastor: - « Casus - inquit - omitte tuos.
Huc nitamur, ut oblixi mala nostra priora,
Utile, non querulum, perficiamus opus.

(1) Caninum nomen apud Ovidium (*Metam.*, lib. III).

* Ichnobatesque sagax ...

Sit cuiusque manus solers; solertia nobis
Conferet et Romam risere marmoream ».
Dicet quis: - « Tuus hic pastor nimium sapit ». - « Uni
At, quæso, regi num sapuisse licet?
Num, quia frons orium cerebro donatur egeno,
Pastor item tenui nascitur ingenio? »
Solertia socii placuit sententia passis
Triste, sub Afrorum littore, naufragium.
Institutor egregie numerandi noverat artem.
- « Huius - ait - rudibus eras documenta dabo;
Aureolumque legam reroluto mense ». - « Docebo -
Sic princeps - quā plebs debeat arte regi ».
- « Stemmati - subdit eques - describam, doctor, avita ».
(Afrorum quasi gens stemmati rana colat!)
- « Haud male - pastor ait - dixistis; at illud, amici,
Volvite, ter denos mensibus esse dies.
Qui dum labuntur, mea quis ieiunia solvet?
Spem datis egregiam, sera sed illa nimis.
Escas ventriculus mens hic nunc poscit inanis,
Crastina rursus erit nostra levanda fames.
Caena prius nobis hodierna paranda; dabitque
Nunc mea dextra, quod ars vestra parare nequit ».
Mox abit in silvam pastor; ramalia caedit,
Quae bidui rictum, vendita, suppeditant.
Quod nisi fecisset, socios nunc cerneret arti,
Fusca per umbrarum regna, racare suae.
Fabula nostra docet, non quæsisit opus esse
Artibus, ut sospes vivere possit homo.
Sæpe manus, callosa licet, succurrat egenis
Promptius edocto quilibet ingenio.

CXXXIX. — LUPUS ET PASTORES.

Optabat (quam rem stupuit gens tota luporum)
Optabat quidam mitior esse lupus.
Voluerat haec secum: - « Nae, mores sunt mihi saevi,
Saevitiae quamvis causa sit una fames.
Horret terra meum vel nomen; publicus hostis
Audio, quem diris incola quisque voret.
Me pueri clamore necant, me fusta coloni,
Plumbo venantes, dente canina tribus.
Praemia certa refert, qui captis vellera nobis
Vulserit; Anglia sic est vidiuata lupis.
Vicos per minimos, præeonis voce, toparcha
Indicit generi bella cruenta meo.
Matres si querulum cupiant terrere puellum,
St! - mussant - taceas, te lupus audit atrox.
Atrox num scelus est, scabiosus si perit agnus,
Depilis aut asinus, seu rabiosa canis?
At mihi stat iam sanguineis valedicere coenis;
Gramen, inepta licet pabula ventris, edam.
Praestat me periisse fame, quam ducere vitam,
Quae pateat telis undique letiferis. »
Haec fatus, videt apponi pastoribus agnum.
Quem tostum cupido quilibet ore vorat.
- « Ah! gens - exclamat - pastorum, rosque canesque
Commissas in ores haec sine cura premit!
Horum testis ego, num religione tenebor
Unus? Per Superos, non ita desipiam.
Crudum te comedam, lactans agnelle; nec almae
Parcam nutricie, cornigerove patri. »
Haec lupus et recte. Nam qui pecudum genus omne
Vertimus in nostras, igne micante, d'pes:
Ipsas cur pecudes iusta prohibemus ab escâ?
Viscera num foeno cuncta velimus ali?
Non ita, pastores, audit male causa lupina;
Vos male carnivores cogitis esse fabas.

IN Capitolii pinacis
ficio factis dilectorum oculis per-
vatur, quum inter
depictas recensea
altero oculorum
puto, suo ipsorum
re, il Guercino cogit.

Tabula in dua
tur; in superiore
demus inter nubes
genuflexam, qui
mium aeternum in
autem mulieris con-
tractum, eiusque
sum. Quantum au-
tatis, quanta colo-
tum vigoris in fi-
si membrorum p-
veris, facile digna-
sis XVI saec. se-
perfectionem in re-
singenda, potius q-
animo tantum co-
attigisse.

Fuit Petronilla
fama tradit, Re-
Petroniorum Co-
S. Petri aequa-
dicta est, non q-
sed quod ab ipsa
matis lavaero re-
Quae, quum cor-
dine animique vi-
nobilis viri, amo-
liavisset ita ut i-
matrimonium re-
ptias aspernans
dies ad certum
piendum impetr-
dem obtinuit, qu-
tebat, ut Christo

Eius corpus in
ad catacumbas
puellaque memo-
gione apud cives
ut ei templum in-
erexerint, quod
Gallorum rex, de-
navit, ac tantum
S. Petri deereta
eadem basilica
exideret, dicatu-
sum, ut tabulan-
geret, quae quid-
ginis imaginem

At quomodo i-
Romanorum thes-
ienente saeculo
siorum translatu-
opere suffectum;
heu satis pessum
recondita.

GUERCINI TABULA
DE S. PETRONILLA.

IN Capitolii pinacotheca, operibus summo artificio factis ditissima, tabula, quam hodie subscriptorum oculis ponimus, maxima cura asservatur, quum inter optimas a Francisco Barbieri depictas recenseatur, clarissimo illo artifice, cui, altero oculorum privato, a Romanis civibus, puto, suo ipsorum sermonis generere, *il Guercino cognomen inditum.*

Tabula in duas partes dividitur; in superiore Petronillam videmus inter nubes ante Christum genuflexam, qui eam ad premium aeternum invitat; inferius autem mulieris corpus e sepulcro tractum, eiusque sponso ostensum. Quantum autem heic veritatis, quanta colorum vis, quantum vigoris in figurarum vultu, in membrorum forma, in disponendi ratione! ita ut, praecipue si duas tabulae partes comparaveris, facile digneas Bononiensis XVI saec. scholae magistrum, perfectionem in rerum natura effingenda, potius quam in iis quae animo tantum comprehenduntur, attigisse.

Fuit Petronilla, ut credibilibus fama tradit, Romana virgo e Petroniorum Comitum familia, S. Petri aequalis; cuius filia dicta est, non quidem ex carne, sed quod ab ipso Sancto baptismatis lavaero regenerata fuit. Quae, quum corporis pulchritudine animique virtutibus Flacci, nobilis viri, amorem sibi conciliavisset ita ut invenis eam in matrimonium requisiverit, nuptias aspernans terrestres, tres dies ad certum consilium capendum impetravit, iisque in continua oratione transactis, tandem obtinuit, quae votis expectebat, ut Christo coniungeretur.

Eius corpus in via Ardeatina ad catacumbas conditum est, puellaeque memoria in tanta religione apud cives romanos fuit, ut ei templum in colle Vaticano erexerint, quod Ludovicus IX, Gallorum rex, deinde optime ornavit, ac tantum magna basilica S. Petri decreta eversum est. Sed tamen in eadem basilica altare, ne Petronillae cultus excideret, dicatum; tuneque *Guercino* commissum, ut tabulam eidem imponendam depingeret, quae quidem ipsa est, cuius in his paginae imaginem exhibemus.

At quomodo in Capitolium deducta? — In Romanorum thesaurorum erectione, superiore ineunte saeculo facta, tabula Lutetiam Parisiorum translata est; itaque ei exemplar musivo opere suffectum; quumque reddita fuit — atque heu satis pessumdata! — in illam pinacothecam recondita.

IAPONIENSIMUM HISTORIA.

NON ante occasum saeculi XIX nostrae humanitatis prima indicia Iaponiis innatuere. Illud enim ante tempus historia eorum omnis extra quamlibet nostrarum gentium agnationem mota est. Duo millia annorum et amplius obserati fines imperii manserunt et externis gentibus inviolati; at vix recepta sunt civilis rationis monumenta, inopinato fructus

alteri Koropokgorusii, qui dominatores regionis primi apparuerunt; Ainosiorum tribus multae Yesso in insula adhuc vivunt.

Eorum autem historia augmentis rerum et divitiarum augetur magis quam reipublicae mutatione. Si enim principum atque regularum discordias civiliaque bella praetermisseris, reipublicae forma una eademque atque sibi constans mansit semper. Quae vivendi ratio plane immobilis atque immutata ipsa cura peroptime servata est, qua peregrinorum commercia et leges incolas semper a patria arcuerunt.

Sed cum Sinensibus tandem atque Coreanis prima negotia commutata sunt. Nam III a. C. saeculo Sinensium colonia ad eos deducta est, qui proiectorem humanitatem suam Iaponios diligenter docuere. Paulo post sericum textile opus Sinenses in Iaponiis instituere, quos peritis simos in re paullatim fieri opus erat.

Sexto autem p. C. saeculo Bouddhae religio a Sinensibus advepta contra Synthoistarum fidem, quam cives passim tenebant. Eo modo Nirvanae spes illuxit populo atque est diffusa, quum eam praesertim Shoto Kudaishi, Bitastu Caesaris nepos, sit patrocinatus.

At volventibus annis et saeculis occidentibus, nova religio veterem respuit et minuit, atque idolorum sacerdotes vehementer communovit. Inde fidei odia exorta, quae civiles discordias crudelissimas procurarunt, pugnantibus ex adverso gentibus Taira atque Minamotu. Quod bellum saeculo XII maxime flagravit et vehementissimas iras incendit, sanguinis rivos diffudit, neque ante quam Taira gens absumeretur restinetum est.

Hac primum occasione *Seiogun* auctoritas seu Caesaris posita est, dum *Mikado* spirituale imperium gubernat. *Seiogun* autem Yeddo consedit; *Mikado* Kioto in urbe manet. Compositis hoc modo rebus, medio saeculo XVI Lusitani ad Indos, ad Sinenses, ad Iaponios appulerunt. Christiana religio a Francisci Xave-



mirandos atque uberrimos edidere; quae quidem insolita fata historiae documentis contradicere videntur, quae reliquos populos paulatim tantum ad fastigia sua pervenisse ostendunt.

Sexto saeculo a. C. n. et amplius conditum Iaponiorum imperium dicunt. Origines eius obscurae atque fabulosae: popularium traditiones suam gentem a diis obortam asserunt, quum Yimmo-Tenum, primum regem, Amaterasu, solis deae, nepotem fuisse dicitent. Duo gentes adhuc per Iaponiam terram distinguuntur: Ainosii primi sunt, qui et indigentes forte fuere;

rii socii atque ab ipso Saneto, Kiu-sciù in insula, praedicata est; ea populum brevi adeo vicevit, ut primis saeculi XVII annis quingenta millia fidelium iam ibi adnumerarentur, inter quos optimates multi. Tempa pariter Christo plura condita, quorum unum media Kioto in urbe ipsius Mikado sub oculis eminuit.

At principes et duces, quorum erant arma et exercitus, novam religionem paullatim adeo sibi timuere, ut generalem moverint persecutionem, eamque tetterimam, quoad usque Lusitani omnes regno pulsi sunt et Macao ad portum reducti; pauloque post Batavi, hostes catholicorum sese

profitentes, ius commutandi negotia cum Iaponis a rege obtinuere.

Is vero temporibus reipublicae status et forma composita sunt, quae ad nostra usque tempora viguerunt. Optimates Sciogun veluti clientes subditi trecenti circiter; eique addicti pariter octoginta millia *hattomotorum* sive nobilium dueum; dominorum militum trecenta milia, quibus nomen *samurais*; plures denique *ronines* seu duces errantes, semper ad pugnandum parati. Hoc ordine gubernata respublica est tria fere per saecula.

At anno M DCCC LXIV, quum frusta Americani rogassent portus duos Simoda et Hakodata suis commerciis aperiri, eorum classis Iaponios petiit, atque eius minis cedere Sciogunum oportuit. Americanos statim aemulati sunt Angli, Russi, Batavi, Galli, quibus pariter morem gerere opus fuit; quum autem iamdiu optimates Scioguni imperium male ferrent, hanc occasionem nacti in eum insurrexerunt quasi peregrinis nimis faventem; foedus ab eo initum nullum conclamarunt absque Mikadi anctioritate, atque seditiones excitarunt asperrimas.

Itaque Kioto inter et Yeddo urbes bellum initum est: Kioti partem sequebantur qui veterem reipublicae formam diligebant, Yeddi qui nova imperio fata cupiebant. Ex bello vero id praeter opinionem evenit, ut novissima Europeorum studia denique vicerint; qui enim contra peregrinos mortem clamabant Kioti Mikadum sequentes, ipsi adamussim novam sua gentis aetatem Occidentalium gentium ad cultum atque humanitatem accomodatam pararunt.

Nam, postquam ob peregrinorum clades, anno M DCCC LXIV patratas, classes Anglorum, Gallorum, Batavorum et Americanorum Simonsaki oppida deleverunt, quum Komei Mikadus obiisset, circa eius haereditatem novum bellum acerrimum idque civile surrexit, donec Sciogun princeps suo regno se abdicavit. Tunc itaque Mutshuisstus Mikadus imperium unus assumpsit, atque anno M DCCC LXVIII labente Kiotum liquit et Yedduum ingressus est, cuius nomen in Tokium commutavit. Statim autem coactis optimatum comitiis protestatus est sese vetus regimen deserere velle atque populari auxilio regnare. Hoc modo populi suffragiis tradita respublica, et hodiernum regnum et nova fata, non quidem antiquis viliora, inita sunt.

COLLOQUIA LATINA

Chartae in membranam consultae⁽¹⁾.

CHRISTOPHORUS. — Mi Hugo, est quod abs te petam.

HUGO. — Pete audacter.

C. — Insue mihi in membranam hasce chartas puras.

H. — Ipsemet insuas.

C. — Expers sum huius artificii; atque ut id credas, inspice hunc librum quam sit inconcinne distorteque consutus.

H. — Nec me *bibliopegus*⁽²⁾ eruditiv.

(1) Ex opere IACOBI PONTANI, cui titulus *Progymnasmatum latinitatis*. (Monachii MDCX). — Passim retractavit I. F.

(2) *Bibliopegus* = compactor librorum, a βιβλος liber, et παγωνη, compingo.

- C. — Attamen, quasi eruditus eleganter id facis.
 H. — Si cui optime placeat, ei optime facio. Complicasti ne iam chartas tuas?
 C. — Maxime, istae sunt.
 H. — Da *filum, acum, membranam.*
 C. — Cape omnia.
 H. — *Filum oportet ceratum esse, ut opus evadat diurnius.*
 C. — Heus, pueri, quis secum affert ceram?
 H. — In meo *sacculo* quaeram. Aliquid certe reperiam. En, cera candida; commodissima est huic rei. Tu porro attenus aspice me suuentem, et artem disce, ne posthae aliena opera indigeas.
 C. — Aspicio intentis oculis.
 H. — Ecce quemadmodum chartam chartae artius coniungo, ut spatium inter illas nullum intercedat.
 C. — Video.
 H. — Item quemadmodum supra et infra sunt aequales inter se; nulla prominet.
 C. — Aptate, artificiose.
 H. — Nee foris in tergo fila superiora inferioribus longiora visuntur; nec primum a secundo maiore intervallo distat, quam secundum a tertio, tertium a quarto.
 C. — Perite.
 H. — Nodi parvi, et intus omnes.
 C. — Sane.
 H. — Nune tu *cultellum* accipe, sis, partesque chartarum superiores caute scindendo aperi.
 C. — Pro ista opera referetur gratia tibi, mi Hugo.
 H. — Satis gratiarum retuleris, si me amaveris, et maiore quadam cura et alacritate quam hue usque didiceiris.
 C. — Utrumque praestiturum me tibi recipio.

ACTA PONTIFICIA

LITTERAE APOSTOLICAE
 quibus SS. D. N. Pius PP. X Collegium Urbis Pium Latinum Americanum Pontificii titulo auget, eiusque sancit leges.

PIUS PP. X.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Sedis Apostolicae providam studiosamque de America Latina curam, cum alia argumenta illustrant, tum in primis testatur multiplex instituta ratio, ut in ea per ampla dominici agri parte cultores boni, satis magna copia suppetant. Huc valent apertae ibidem Domus complures alumnis sacri ordinis pietate doctrinaque idonea conformandis: quarum quidem, novis constituendis dioecesis, augescit numerus; atque in earum praecipuis facultas praebita melioris notae adolescentibus academicos gradus assequendi. Iamvero in hoc pontificalis providentiae genere facile primas tenet Urbanum Collegium, a decessoribus nostris fel. rec. Pio IX conditum, Leone XIII amplificatum in saecula iuventutis ex America Latina utilitatem. Etenim adolescentes clericos, bona indole praeditos et animi et ingenii, missos in hanc almam Urbem atque ideo ad ipsum ecclesiasticea eru-

ditionis vitaeque centrum, ibique, advigilante Iesu Christi Vicario, omnibus praesidiis quae disciplinam optimam deceant, ad sacerdotale munus instructos, nemo non videt, eosdem popularibus suis et ecclesiae patriae admodum salutares debere existere.

Equidem, si fructus quaerimus quos Collegium Pium Latinum Americanum hoc intervallo tulerit, reperiemus rei exitum exspectationi egregie respondisse: responsorum autem de cetero vel melius, si quidem paulo diligentius ea, quae in alumnorum delectu sunt servanda, serventur, atque si earum regionum nullus sit posthae Episcopus, quin aliquem suum alumnū in isto Collegio, ipse non parcens impendiis, colloget. Utrum Leo, qui, ad religiosam Americae Latinae rem rite componendam, Plenarium eorum Episcoporum Concilium Romam coegerat, quum Concilio peracto dimitteret Patres, vehementer eos hortatus est, tanquam viaderentur dioecesis suis consulturi satis, si eidem Collegio pro facultate consulerent. Hi vero, quum exploratam iam ipsi per se habent huiusc utilitatem Instituti, praeterea tanta Pontificis hortatione permoti, non modo se velle ostenderunt eius votis satisfacere; sed etiam, ut Concilii Plenarii quod in ipsa Collegii aede esset actum, monumentum exstaret aliquod, magnopere sibi gratum fore significarunt, si Collegium *Pontificii* titulo honestaretur. Eorumdem sunt illa postulata: ut Sodales Societatis Iesu gubernationem Collegii, quam obtinent, ratam in perpetuum obtineant; ut praecipuae sanciantur leges, quibus morum et studiorum disciplina Collegii dirigatur; ut quoniam Collegii aedes, mutui nomine, Apostolicae Sedis obligatae sunt longe ultra quam pro opibus Collegii liberari hodie queant, benigne Summus Pontifex, sibi et successoribus salvo iure, velit in commodiorem Collegio diem exactionem crediti differre.

Nos autem, quum erga Americae Latinae ecclesias Urbanumque ipsarum Collegium, haud secus ac duo illustres decessores Nostris, plenum paternae caritatis geramus animum, huius testandae benevolentiae occasionem, quam Venerabiles Fratres ista rogantes offerunt, perlittere amplectimur. Itaque firma et stabilia iubentes esse, quae de Collegio sive constitutendo, sive provehendo Decessorum est auctoritate sancitum, atque de eo, quod dictum est, aere alieno edicturi, quo modo Sedis Apostolicae simul et Collegii rationibus consultum esse velimus, his litteris Nos eadem Apostolica auctoritate idem Collegium seu Seminarium Pium Latinum Americanum in Urbe, secundum saeculum statuta canonum sollemniter erigimus et constituimus, ac *Pontificii* titulo decoramus, ipsique omnia privilegia et iura quae Seminaris seu Collegiis Pontificiis attribui solent, attribuimus ad eas leges, quae infra scriptae sunt.

I. Munus regendi et moderandi Collegii inelytae Societati Iesu, optime usque adhuc de Collegio meritae, perpetuo committimus. Quocirea Societatis Praepositus e sacerdotibus, qui sibi parent, hos saltē constituet: Rectorem, Ministrum, Subministrum, Oeconomum, Magistrum pietatis, Confessoriorum quantum opus fuerit, et Praefectorum contuberniis quantum

fieri poterit. Idem spane, alterum lusi patrio sermone litt potissime concione mus ut alumni ne Lycei magni Greg

II. Alumni legit letudine bona sint, haec voluntatem p dotalis ineundae v nium discendi stud eorum debet discipl rum constare.

III. Alumni non exhibito testimonio et litterarum spati idoneos esse, qui m ineant.

IV. Liceat, raro causis, adolescentes vibus studiis matu his quidem conditio nunquam plus qua deinde, decimum ter verint; tum, e scho ingenii diligentiae idemque elegantiar eum laude, magnam Romae possint, qu summum biennio a suo vel benigne al pensionibus seu *Ca causa constitutae si dem sumptus suppe et successorum non Episcopus ne candi gium dimittat, nisi litteras fidem Recto loco sunt requisita, ptationis, quae per facta sit, legitimum*

V. Omnes alumni qui pensiones seu C integras, tantum affe tum satis erit ad r thesauro Collegii rep insumi, vel Ordinario

VI. Qui suae fam iuspam beneficio sus inter alumnos recipi sui licentiam, syng Episcopus, proprio e gationem se suscep Collegio pecuniam p dem huius propinq derunt, eam praesta quiverint.

VII. Universis et Episcopis omni ope e pensiones id genus, *Becas* dici solent, a tuantur, Capellania tibus alumni qui fr pellaniae fundatorem quidem tertiam ma recitando, in singulo sancta de altari liba faciendo, debeant. P que Capellaniae con fiali Stipi Petrianae

trum, ibique, ad vigilante omnibus praesidiis quae deceant, ad sacerdotale non videt, eosdem potesiae patriae admodum tere.

s quaerimus quos Colle- americanum hoc intervallo rei exitum exspectationi esponsorum autem de c- aidem paulo diligentius m delectu sunt servanda, arum regionum nullus sit in aliquem suum alum- ipse non parens impen- Leo, qui, ad religiosam rite componendam, Ple- porum Concilium Roman o peracto dimitteret Pa- portatus est, tanquam vi- suis consulturi satis, si cultate consularent. Hi in iam ipsi per se habe- Instituti, praeterea tanta rmoti, non modo se velle satisfacere; sed etiam, od in ipsa Collegii aede tum extaret aliquid, n fore significarunt, si lo honestaretur. Eorum- : ut Sodales Societatis collegii, quam obtinent, tineant; ut praecipue s morum et studiorum atur; ut quoniam Col- inae, Apostolicae Sedi ultra quam pro opibus queant, benigne Sum- successoribus salvo iure, legio diem exactionem

Americae Latinae ec- rum Collegium, hand- lessores Nostri, plenum us animum, huius te- cessionem, quam Ve- grantes offerunt, perli- ue firma et stabilia Collegio sive consti- cessorum est auto- eo, quod dictum est, modo Sedis Aposto- nationibus consultum os eadem Apostolica um seu Seminari- a in Urbe, secundum sollemniter erigimus cuius titulo decoramus, et iura quae Semi- ciis attribui solent, quae infra scriptae

lerandi Collegii in- ne usque adhuc de- committimus. Quo- e sacerdotibus, qui in- stituet: Rectorem, Deconomum, Magi- num quantum opus tubernis quantum

fieri poterit. Idem daos destinabit, alterum hispane, alterum lusitane doctum, qui alumnos, in patrio sermone litterisque excolendo, ad sacras potissime conciones exerceant. Praeterea volu- mus ut alumni ne alias Urbis scholas quam Lycei magni Gregoriani celebrent.

II. Alumni legitimo matrimonio nati, et va- letudine bona sint, et non deformi corpore. Ad haec voluntatem preeferant exploratam sacer- dotalis ineunda vita, ac non vulgare inge- nium discendi studio coniunctum: nec minus eorum debet disciplinae amor et integritas mo- rum constare.

III. Alumni non ante cooptandi sunt, quam exhibito testimonio probaverint, se humanitatis et litterarum spatium recte confecisse, ideoque idoneos esse, qui maiorum doctrinarum cursum ineant.

IV. Liceat, raro tamen et singularibus de causis, adolescentes, natu minores needum gra- vibus studii maturos, in Collegium admittere, his quidem conditionibus: primum, ut eiusmodi nunquam plus quam decem in Collegio sint; deinde, decimum tertium aetatis annum comple- verint; tum, e scholis primordiorum honestum ingenii diligentiaeque testimonium retulerint, idemque elegantiarum litterarum institutionem cum laude, magnam partem, percepient, itaque Romae possint, quod reliquum sit, anno aut summum biennio absolvire; deinde aere ipsi suo vel benigne ab aliis collato, non autem pensionibus seu *Capellaniis*, quae alumnorum causa constitutae sint, sustentur, quos qui- dem sumptus suppedatum iri Episcopus, suo et successorum nomine, spondeat; postremo Episcopus ne candidatum Romam ad Colle- gium dimitat, nisi postquam per authenticas litteras fidem Rectori fecerit omnia, quae hoc loco sunt requisita, suppetere, ab eoque coo- ptationis, quae permissu Cardinalis Patroni facta sit, legitimum documentum acceperit.

V. Omnes alumni, ne iis quidem exceptis, qui pensiones seu Capellianas consequuntur sint integras, tantum afferre debent pecuniae, quan- tum satis erit ad redditum: quae pecunia in thesauro Collegii reponetur, eaque aliam in rem insumi, vel Ordinario probante, non poterit.

VI. Qui suae familie impensis aut de cuiuspiam beneficio sustentandus erit, nullo pacto inter alumnos recipiatur, nisi, praeter Episcopi sui licentiam, syngrapham afferat, qua ipse Episcopus, proprio et successorum nomine obli- gationem se suscepisse testetur subministrandi Collegio pecuniam pro alumno debitam, si qui- dem huius propinqu vel alii qui fidem derunt, eam praestare aut neglexerint aut ne- quiverint.

VII. Universis et singulis Americae Latinae Episcopis omni ope curandum est, ut in Collegio pensiones id genus, quae vernaculo sermone *Becas* dici solent, alumnos sustentandis insti- tuantur, Capellaniarum titulo; quarum redi- bus alumni qui fruantur, sua quisque Ca- pellaniae fundatorem Deo commendare, quotidie quidem tertiam marialis Rosarii partem rite recitando, in singulos autem menses semel aut saneta de altari libando aut sacerdotes sacrum faciendo, debeant. Pecuniae vero summa cuiusque Capelliae constituenda Consilio pontificiali Stipi Petrianae administranda tradetur:

quod Consilium redditus huius pecuniae statis temporibus Collegio pensitabit.

VIII. Alumni, sive in doctrinae studiis in- diligentes, sive in cultu pietatis desidiosi, sive qui ea natura eisque moribus extiterint, ut sodalibus offensioni et Collegio perturbationi sint, si quidem opportune correpti, non se tamen emendarint penitus, e Collegio sine dubitatione expellantur. Expellendi potestatem Rector obtineat; is tamen in causis singulis, ut rite se pro tanta rei gravitate gerat, moderatores Col- legii ceteros in consilium adhibebit.

IX. Alumnis qui, semel et iterum facto pericu- lo, academicos gradus in Lyceo magno Gregoriano adipisci nequierint, minime licebit, sine Nostra aut successorum Nostrorum venia, in aliquo Americae Latinae gymnasio aut alibi tertium periclitari.

X. Integrum Rectori erit sinere, ut alumni qui studiorum cursum absolverint, in Collegio dies aliquot, non plus triginta, ante redditum in patriam, morentur; obnoxii tamen etiamtum Collegii legibus et moderatorum auctoritati.

XI. Rector quotannis de disciplinae ratio- nibus, de moribus alumnorum, de rei familiari conditione accuratam descriptionem du- plici exemplo conficiet; quorum alterum Cardinali Patrono, alterum, cui quidem idem Cardinalis subscrivit, Nobis et successoribus Nostris deferet. Idem ad omnes Americae Latinae Episcopos, praeter descriptionem eiusmodi summatis factam, aliam de alumnis cuiusque peculiarem mittet.

Haece decernimus et statuimus, contrariis non obstantibus quibuscumque. Item quae in utili- tam Collegii oeconomicam vel a Decessoribus Nostris vel a Nobis decreta et statuta sunt, ea confirmamus rataque habemus. Quod vero ad domesticam disciplinam pertinet, Collegii modera- toribus mandamus, ut eius temperandas rationem, collatis consiliis cum Cardinali Pa- trono et cum Praeposito Societatis Iesu, op- portune retractent, eamque retractatam Nobis probandam atque auctoritate iussuque Nostro stabilendam offerant.

Reliquum est, ut omnes, quoquecumque haec causa attingit, non modo quae praescripta a Nobis hic sunt religiose servent, quod minime dubitamus, sed etiam ex eisdem praescriptio- nibus nitantur quam laetissimos fructus elicere, quod magnopere hortamur. Itaque religiosi viri, quorum vigilantiae et curis tot sunt Ameri- canarum Ecclesiarum spes concredita, non satis habebunt, alumnos apud se tanquam in umbraculis diligenter excoluisse; verum eosdem iam in solem atque pulverem eductos, et trans Oceanum in sacris muniberis desu- dantes, pergent consiliis, hortamentis, omni de- nique amoris officio adiuvarare universos. Hi vicissim dociles se bonis patribus dabunt, et hanc maxime eis itemque Apostolae Sedi stu- debunt referre gratiam, ut illorum disciplina multum profecisse videantur. Episcopi vero in dies melius ostendent, hoc suum Collegium sibi non minus esse cordi quam Nobis, qui certe, ipsorum praecipue causa, habemus carissimum: ideoque ad eius stabilitatem et incrementum nitentur, quantum quisque poterit, conferre. — Deprecante Maria labis nescia, cuius in tutela

Collegium est, faveat optatis Nostris divina be- nignitas; atque auxiliorum eius sit auspex Apo- stolica benedictio, quam omnibus, quos me- memoravimus, universaeque Americae Latinae peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XIX Martii an. MDCCLV, Pontificatus Nostri anno secundo

PIVS PP. X.

DIARIUM VATICANUM.

(Die XXI mens. Iunii — d. XX mens. Iulii MDCCLV).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites alios viros, qui sui cuiusque munieris gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Georgius Casella doctor e consilio rei publicae Helvetiorum; Galeatus Thun de Hohenstein, Hierosolymitanus Melitensis Ordinis Magister maximus; Victor Heesen, Russorum negotia agens apud Apostolicam Sedem; iuvenes ex « Oratorio » SS. Cordis Iesu, quod Romae sodales Barnabitarum moderantur, xxv anniversarium ab ipso Oratorio condito celebrantes; collegium Advocatorum S. Consistorii; Benitus Sylvain, Haitiana civitatis legatus extraordinarius apud Aethiopum Caesarem; Nicolaus Szécsen de Temerin, Austrorum Hungarorumque legatus apud Apostolicam Sedem; Bruno Chaves, Brasiliensis legatus; Elias Petrus Huayek, Patriarcha Antiochen. Maronitarum cum episcopis suis; De Leinighen comes.

Pontificiae electiones.

Purpurati Patres Casimirus Gennari et Beniaminus Caviechioni S. C. de Propaganda Fide addicuntur.

— Andreas Caron, oppidi Colugnae Venetae archi- presbyter, episcopi Ceneten. coadiutor renunciatur.

— R. p. Iosephus Lemius, procurator generalis Congregationis Oblatorum Mariae Immaculatae inter Iudices S. C. de Propaganda Fide adlegitur.

Varia.

Per litteras « Motu proprio » die XXIV mens. Maii datas omnibus S. R. E. Cardinalibus sive Presby- teris, sive Diaconis ius deferendi Crucem Pectoralem tribuitur.

— Die XXIV mens. Iunii in Consistorii aula coram SS. C. leguntur decreta de martyrio et miraculis VV. SS. D. Hieronymi Hermosilla, Vicarii Apostolici Ton-Kin centralis; Valentini Berrio Oehoa, eiusdem Vicariatus, amborum ex Ord. Praed.; Petri Almati sacerdotis et Iosephi Khang.

— Die XXVI mens. Iunii Pontifici offertur numisma ex auro, argento aereque ductum in memoriam anni II Pontificatus eius. Ex una parte Pii X imaginem praebet, quam verba haec coronant: PIVS X PONT. MAX. AN. II; ex altera gloriam virorum novissime inter caelites adscriptorum cum hac inscriptione: A. SAULI ET G. MAIELLA SANCTORUM HONORES DECRETI.

— Die XXVIII sub vesperum SS. D. N. in Vaticano basilicam descendit sepulcrum SS. Apostolorum Petri et Pauli veneraturus.

— Die XI mens. Iulii coram Sanctissimo Saer. Rit. Congregatio generalis habetur ad disceptandum de virtutibus Ven. Servae Dei Margaritae a SS. C. Sacramento, Monialis Professae Ordinis Carmelit. Exalteat.

— Die XX in Xystino sacello iuxta funebria ad- stante Pontifice solvuntur Leoni PP. XIII, die an- niversaria reurrente ab eius obitu.

Bene si amico feceris, ne pigate fecisse,
Ut potius pudeat, si non feceris.

PLAUTUS.

ANNALES.

Russorum Iaponiorumque conventus de pace.

Quum hic nostri Commentarii numerus vulgaribus, New-Hampshire, in urbe Foederatarum Civitatum Nordicae Americae, Russi Iaponique legati fortasse convenient ad pacem inter duos bellantes populos procurandam. Rooseveltii laudabilis hic inceptus prosperum ne exitum, prout omnium cultarum gentium est in votis, erit sortitus? Sunt quidem hinc spes bona, at inde aspera dubia. Quamquam enim aperatum est pacem ab utroque populo desiderari, Russos dicitant milites maximosque duces, armis fidentes, omnino ei obsistere. Addunt Russicum imperium nunquam sese subiecturum, ut pensationem aliquam Iaponis solvat pro belli impensis, eamque contra ab his firmiter expeti; ex eo denique quod inducia, dum negotia de pace agitantur, constitui nequivisse, totam rem deducunt incassum cessuram. Ceterum sapientia civilis qua legati pollut, et comiti Muravie ob malam valetudinem munus abdicanti, de Witte administri suffectio, non certe alicuius compositionis, ipsiusque decorae, desperationem afferunt. Itaque fatorum vices erecto animo exspectamus.

*Civiles Russorum res.*

Composita enim Asiatici belli fortuna, facilis erit Caesari, suo populo, tot perturbationibus excusso, latius providere, iisque reformationibus operam dare, quas non semel promisit, atque necessariae factae sunt. Quies enim, populi salus, ipsaque civium vita in disermen passim adducitur; quin imo militaris quoque disciplina pessum datur. En Lodzi in urbe israelitae cum christianis conflicantur; accurunt vigiles, at cives omnes in eos manus inferunt. Odessae, inflammatis animis, omnium operario rum desertio ab opere promulgatur. Accedit nautarum loricateae navis *Potemkin* seditio; qui, navaresca interempto ducibusque partim occisis, partim in vincula coniectis, urbi minitantur, si quis eos ad oboedientiam vi reducere conetur. Cives multi rebellibus favent; itaque portus incendia, cum militibus congressiones, vastitas ubique omnisque generis populationes. Libau quoque in navalibus tumultus fiunt, naviumque *Pobiedonosetz* ac *Prout* classiarii gesta comitum aemulantur, vario licet exitu; hi enim brevi sese rectoribus dedunt, dum illi, ponto aliquot dies libere ac minaciter persuleato, fame tantum ad deditioem subacti, Constantiae, in Rumaniae portu, litus tenuere, navemque reliquerunt, quam Rumenorum gubernium Russico reddidit.

Haec praecipua Russorum civilia gesta; praeterimus quotidianos ausus, ineursus, in praefectos publicos praesertim, inter quos Schuvawlius comes, Moscoviae gubernator, vitam amisit.

*Iaponici belli vices.*

Interea Iaponii in suo proposito pergunt; quod si in Mandehouria regione novos memoria dignos triumphos haud reportarunt, in mari

contra Sakhalin insulam in potestatem suam redegerunt. Exigua hostium vi facile victa, qui Korsakowsk oppidum igni tradiderunt prius quam derelinquerent seque ad Soloview recipierent, Iaponii in insulam milites complures exposuerunt magnamque tormentorum apparatusque bellicorum praedam fecerunt.

Ex Arthuro autem portu nunciant se ex undis Russorum naves in oppugnatione demersas passim educere, easque restituere, suaque classi addicere.

*Cretenses motus.*

Ne externa auxilia Cretensibus subvenirent, gentium administri, qui insulae tutelam gerunt, in consilium venere insulae portus intercludendi; cives vero, quasi ostendere vellent sibi satis copiarum esse, Plataniae non dubitarunt in Russorum manum impetum facere, licet torpedinaria navi obtectam; Sudae insuper arce potiri, in qua captivi rebelles quidam detinerentur, eosque liberare, pulsis custodibus. Quibus rebus factum est ut iterum cives publice graviterque admonerentur ad arma deponenda ni aeres clarigationes ab exteris populis, quibus est potestas, vellent excitare.

*Mauritanie minae.*

Mauritanum imperium Europae pacem minitari visum est, ob foedus a Gallis cum Mauritanio rege intitum, quod in oratione a Guilelmo Caesare Tingi in urbe habita - de qua in *Voice Urbis* (an. VIII n. V) mentionem fecimus - facile apparebat minime Germanis fuisse probatum. Delessé Gallorum pro exteris negotiis minister, huius rei causa a munere suo abdicavit, Germanorum postulatis cedere indignum honore suo reputans; at Rouvierius ei suffectus disserim compositum conventum legatorum omnium gentium paetus, ab aemulis de Mauritana re propositum. Qui itaque sumptus, prouti vulgo dicitur, suppeditabit, ipse erit Mauritanus rex; hic enim, viribus perduellum nunc tandem fractis, non se, sed exteris gentes de suo ipsius imperio constituentes videbit. Sed circa quaestionem hanc, uti par est, in proximo numero fusius dicemus.

*Turcarum cunctationes.*

Turcicum Imperium, in Asia vexatum a populorum ineursionibus qui Yemen provinciam incolunt, tergiversatur in Europa, in cunctatrici illa ratione civili pergens, quae tot annos eius robur constituit. Postulata enim de administratione Macedonici aerarii ab exteris gentibus agnoscenda, reiecta ab eo sunt, quippe quae in reformationum consilis a se acceptis non apprime inclusa; sinit interea ut Macedones, Bulgari, Graecique inter se decenter, exque iis Christianorum populorum simultatibus quiete iucundae fructus sibi decerpit.

*Hora postrema.*

Iam civilium rerum per orbem recensionem hanc praelo mandaveramus, quum nuntius alatus est, Turcarum Imperatoris vitam, ignitae pulveris globo in eum e templo revertentem

immissio, scelestia manu fuisse, licet incassum, petitam. Facinus ne ex iis caussis est consequatum, quas superius exposuimus? Huiusmodi iudicia proferre non audemus; hoc tantum auspiciari liceat, ne facinus unius complurium innocentium sanguine suffocetur!

*PUBLICI PER ORBEM COETUS
LEGIBUS FERENDIS.*

In Anglia lex de immigratione, licet acriter in eam sit disceptatum, tandem adprobata est.

In Austria administrorum praeses Gautsch gubernii mentem late exposuit, rogationes legis nuncians de componendis internis discordiis, quae tamdiu animos popularium legatorum agitant.

In Batavia habita comitia, quum ita adversa administris cesserint, ut ne eorum quidem praefectus Kuyper inter populi legatos iterum electus fuerit, omnes a munere suo recesserunt.

In Bavaria pariter populus ad comitia vocatus; catholicorum pars vietrix evasit.

In Belgica popularium coetus leges de arbitris in nonnullis dissensionibus cum exteris gentibus aedibus ratis habuit; senatus a laboribus remissionem dominica die servandam sanxit.

In Gallia de re civili ab ecclesiastica seiungenda tandem constituta lex. Quum autem rogatio de venia ob nonnulla delicta concedenda, iam a senatu adprobata, a popularibus qui « nationaliae » vulgo appellantur, inimico animo acciperetur, administrorum praeses, iure gratiae apud praesidem circa rem usus, coetus sessions absolutas ex improviso declaravit.

In Germania pariter sessiones intermissae post legem de fodiinis iussam.

In Hungaria, Fejervary, administratorum praefectus, ob fidem sibi negatam, acceptum munus remisit. Imperator vero ei fiduciam suam confirmavit, cui, iuxta regni statuta, intra menses tres componendae erunt discordiae.

In Suetia gubernium declaravit se nullam vim unquam exhibitorum ut Norvegorum secessione obstat, eoque magis quod civium animi actae rei morem gerere plerumque videantur.

IOCII.

Favorinus philosophus in adolescentem priscarum et iam obsoletarum vocum affectatorem: - « Curius - inquit - et Fabritius dilucide cum suis fabulati sunt, neque Auruncorum, Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi Italianam incoluisse dicuntur, sed aetatis sua verbis locuti sunt. Tu vero perinde quasi cum matre Evandri nunc loquaris, verbis iam olim desitis uteris Quod si intelligi non vis quae loqueris, non hoc abunde conquereris tacens ».



Lapidatus a populo Vatinus gladiatorium munus editurus, impetrarat ab aedilibus edictum, ne quis quid in arenam mitteret, nisi pomum. Per id tempus forte Caeselius interrogatus a quodam, num nux pinea pomum esset: - « Si in Vatinum - inquit - missurus es, pomum est ». Ea enim nux et dura et gravis pro lapide esse poterat.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

S. Giovanni Crisostomo per AIMÉ PUECH. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et soc. M DCCCCV. (Ven. lib. 2).

La Bibbia dalle origini ai nostri giorni di COSTANTINO CHAUVIN. Vol. 2. Indidem. (Ven. lib. 1,20).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

PER ORBEM.

SUPREMA quae attulit in orbem fortuna non ea ferme fuerunt, quae gravissimos eniusque aetatis eventus aemularuntur.

Aspera quidem ea primi experti sunt Galli milites, qui ad Lugdunensem Martium campum militaribus exercitationibus vacabant. Horum alae duae, tum cataphraetarum equitum, tum levioris armaturae quam eitissime obequitarent, errato tibicinis signo, alia adversus aliam concurrere. Magno impetu obviam euntes invicem equi, nemo dicat quantam cladem patraverint. Miscentur agmina, collabuntur milites equorumque ungulis pulsantur atque necantur. Res sane, horrida visu; rubescit enim sanie aget atque non alias post occursum appetet quam si tetrica ibi pugna facta sit. Defunctorum corpora mox multis cum lacrymis commilitones, innocentes rei auctores, sepelire.



At graviorem occursum recolamus oportet, qui in Italis factus est, Belluni ad moenia. Automobilis erat currus hospitiis Dolomitici, qui divites viatores advehebat. Qum hic Præ ad locum pervenisset, in diribitorium vehiculum obvius fit, in quo alii viatores insidebant. Huius equi, quem vehiculum ferreum vident, expavescunt, furunt, subvertunt currum, atque ab altissima ripa in profundum, qui suberat, abyssum deieunt. Ex colapsu vulneratus in crure tribunus est ex iis militibus, qui Alpes italicas custodiunt, milesque ei a famulatu aliquique complures, quorum paene exitum parentes amicique luxerunt.



Haud secus apud Lutetiam Parisiorum accedit ex occurso ferrearum vehum, quarum altera alteri prope discurrens eniudam currus operculum ita raptum confregit, ut fragmenta quasi iacta missilia avolarent atque in viatores inciderint, eosque male mulcarint. Eadem hora viatores duo quum in media via ferrea nimis incuriose deambularent, superveniente ferreo curru defecti sunt, misereque confracti.



At Nantesii gravius habuimus facinus. Nam sacrilega hominum manus, nullis

impedientibus, sua iamdiu crimina prosequitur. Hi quidem postremo tempore fanum S. Annae, Deiparae Matri, dicatum expoliarunt ansu vafermo. Mox Bougenasio in oppido reliquias sanctorum multas diripuere, ipsasque saeras species profanarunt. Hos fructus hodierna Gallorum magistratum amentia paravit.



Infortunium vero omnium pessimum Gallorum nautae passi sunt. Qui in Farfadetia sepha demergibili inclusi, prope Carthaginis portum, fracta machina repente demersi sunt omnino et solo haesere. Quum sepha descendaret ad inum vix potuere ex iis nonnulli prosilire in fluctus atque inde nando sospites evadere. Sed reliquos sepha secum detrusi in tenebris. Hos ad sospitandos mirum quantum Gallicae naves nautaeque adlaborarunt, qui nihil intentatum reliquerunt, ut comites suos salvos educerent. Primis quidem diebus, quum apud demersum navigium qui salutem nautarum quaerabant circumnatarent, ut ei catenas submittent, inclusi milites pulsantes parietes respondebant; at quum ferrea sepha fractis catenis iterum in fundum cecidit, iterumque limo haesit, non iam amplius captivis naufragis vitam sperare fas fuit. Revera omnes misere interierunt.



Magis fausta haec inter experuntur Angli, qui maris profundum investigant atque lustrant, ut inde educant thesauros Iberiae classis quam, Philippo secundo rege, invictam vocaverant, sed heu! tempestate devicta est. Iam enim gladios et pecuniam eduxere multam, et spes aequa affulget fore ut ingens auri pondus, quod eae naves secum deferebant, recuperent.



Postremo quae risum moveant et laetitiam recolo, epulas incredibilis Neo Eboraci celebratas a Georgio Koslerio apicio ditissimo, qui quum viginti quantu epulones invitasset, pecuniam prouoquoque conviva dispersit duorum milium libellarum, et amplius. Neronianas epulas in Nemorensi lacu haec Americana audacia aemulata est. Lacum in domo Sabaudiana dicta effecerant; venetas domus circum pictor depinxerat; Venetiis esse convivae credebant. Medio

in lacu navis erat Veneto more exstructa atque in ea paratae mensae.

Epulantibus circumnatabant cygni, canori aves, atque proxime ex alia navicula concentus musicorum insonabat. Lectissimus quisque musicæ artis cultor, qui tune Neo Eboraci moraretur, epulis adfuit.

Quod utinam singulis et tanto Mecanati bonum, felix faustumque fuerit!

AENIGMATA.

I.

Iam telum dixere meo de nomine Persae,
Etrusci pelago me postere ratem;
Nee timui quandam Cadmi laniare nepotem
Illi cum cervi contulit ora Dea.
Me nunc in silvis gaudentem caedibus horret
Indus, dum praecipit usque per arva fluo.

II.

Verbum me notula e septenis musica triplex
Format; ne credas dulce notare melos.
Res mihi cum tignis tantum, signo labore,
Aures qui strepitu tundit, amice, tuas.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet I. B. FRANCESIA comoediam latinis versibus scriptam, cui titulus:

SATURIO.

Aenigmata an. VIII, n. V proposita his respondent:

1) Crepido, Crepida; 2) Scobis, Scrobis.

Ea rite soluta miserunt:
Ios. Matyasak, *Scopusio*. — Em. Gschwind, *Praga*.
— Andr. Pápay, *Pruzsina*. — Collegium Bethlemiticum, *Roma*. — Ferd. Ferrari, *Guestalla*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Ioan. Giambonini, *Poteggio*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — St. Lawinski, *Niemyslowe*. — Greg. Cleary O. M., *Roma*. — Mich. Vidal, *Patna in insula Maiorica*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Lad. Lud. Podobinski, *Bochnia*. — Ioan. Galbiati, *Mediotano*. — Senior Astensis. — M. Kohlsdorfer S. I., *Chyrevio*. — Am. Robert, *Marieville*. — Th. Ogrizek, *Bulzano*. — Petrus Tergestinus. — Fel. Dacomo, *Alba*. — Gust. Grunes S. P., *Joachimtaufo*. — Aug. Paul, *Braovia*. — I. A. C. Oudemans, *Traiecto ad Rhenum*. — Seminarium Episcopale Guastallense. — E. F. Curran, *Terra nova*. — Cost. Immordinius, *Montegall*. — Alois. Berthé, *Montboron*. — Alois. Cappelli, *Santis*.
Sortitus est praemium:

E. F. CURRAN,

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Nuperrime apud *Vox Urbis* commentarium prodit opus cui titulus

⇒ *FABULÆ SELECTÆ FONTANII* ⇐

a IOANNE BAPT. GIRAUD latine redditae

passim retractatae a Francisco Xav. Reuss.

Ven. libell. I, 25, praeter diribitorii impensas, quae sunt in Italia lib. 0,10; extra Italiam lib. 0,25.

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO,

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Joanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

☞ IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO. ☞